

num, & attollunt, vt ad iniquitatem peccatores attingant.

*Et erit sicut populus, sic sacerdos: & visitabo super eum vias eius: & cogitationes eius reddam ei. Et comedent, & non saturabuntur:*

*Fornicati sunt, & non cessauerunt. quoniam Dominum dereliquerunt in nō custodiendo.*

*Fornicatio, & vinū, & ebrietas auferunt cor.*

Cum testimonio Domini, ita Sacerdos populum excedere debeat, vt pastor excedit o-

ues: vt lux cœlestis hæc inferiora: non potest non grandis infœlicitas esse, si talis sit *Ioan. 10.*

Sacerdos, qualis populus. Si enim sal infatuatum fuerit, in quo populus salietur? & si *Matth. 5.*

lux obtenebrescit, à quo mundus illuminabitur? Ergo quia Sacerdos se ad populi sor-

des deiecit, visitabo (inquit) super vias eius. id est hætenus tacui, semper filii: nunc par-

turiens loquar. id est, nunc visitabo mores vestros, quos hætenus dissimulasse vide-

bar. Et licet, ô Sacerdotes vestræ cogitationes, vobis transisse videantur, ego vobis eas

reddam. Cum enim eas puniuero, reddâ in

pœna, quod transiit in culpa. Comedeteris (inquit) & non saturabimini. Dicitum est,

Non natiuitatis fructus pascunt homines.

Et iterum, non in solo pane viuit homo: *Isai. 47.*

sed in omni verbo & car. Ergo, quod mul-

ti exiguo cibo contenti saturentur, gratiæ *Sap. 16.*

Dei est, & beneficentiæ: qui aperit manum *Matth. 4.*

suam, & implet omne animal benedictione. *Psal. 144.*

Contra verò, quod multo cibo deu-